RANZOV
IN HACCÖN
HULGERUM.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]

QVERELA, HEINRICI RANZO-VII, PRODVCIS CIM-brici, in obitum

NOBILISSIMI ET MAGNI-
FICI VIRI, HACCONIS HVLGERI,
Domini in Eickenberg, Mariſchalci Reg-
ni Daniæ, Affinis ſui Chariſsimi, qui
obijt, Anno Chriſti 1594.
Menſe Novem-
bri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]

SIccine Parca, meo nondum ſatiata dolore,
Cauſſa redit luctus materiesq; novi?
Dum mihi narratur ſinceri funus amici,
Inſtar germani qui mihi fratris erat.
Quis fuit ille, rogas? Hacco pietate, fideq;,
Et generis clarus Nobilitate ſui:
Qui fuit Hulgerus celebri cognomine dictus,
Supremum perhibent hunc obijſſe diem.
Hinc iterum triſtem concepit Dania luctum,
Hinc novus excruciat meq; meosq; dolor.
Vix in corde vetus dolor ille reſederat ægro,
Quem fecit rabie Mors truculenta ſuâ:
Cùm mihi tres natos anno iugulaſſet in uno,
Quæ mihi grandævo ſors minùs æqua fuit.
Triſtia quid memorem Friderici funera Regis
Sub quo Danorum floruit aula potens?
Hæc quoq; ſat magnum nobis peperere dolorem:
Fidus erat patriæ nam pater ipſe ſuæ.
Nunc quia ſæva duos mihi Parca peremit amicos,
Tertia legitimi cauſſa doloris adeſt:
Hulgerum, Caaſumq; puto, quorum inclyta virtus,
Sæpè fuit, conſtans ſæpè probata fides.
Tot ſenſi caſus, tot me preſsêre dolores;
Hinc factus vitæ ſum ſatur ipſe meæ.
O Mors ſolve, precor, tali me carcere vitæ,
Vita mihi dolor eſt; Mors erit alma quies.

Quod

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]

Quod ſuper eſt, ô vos Manes ſaluete, valete,
In Chriſto, donec ſubſequar ipſe, pij,

ALIA.

SIc ærumnarum varijs ſubiecta procellis
Vita hominum, ut nil ſit, nî dolor atq; labor.
Hoc queror expertus, caſus nam paſſus acerbos,
Multoties, fuit & ſors minùs æqua mihi.
Fata mihi multùm Caros rapuêre Parentes, ✠
Fata mihi fratrem ſurripuêre meum. ‡
Nec minus interijt mihi quæ ſoror unica vixit.
Magdalis, & Chriſti clauſit amore diem:
Affectu patrem Fridericum Parca ſecundum
Danorum Regem, ſuſtulit atq; mihi. §
Pignore ſum ſpatio privatus & unius anni
Terno, grandævo ſors oneroſa nimis. ☘
Quattuor amiſi diverſo tempore gnatos
Filia ſic obijt vel Catharina diem. *
Exceſsêre ſolo Neptes & ſæpè Nepotes.
Eripuitq; Nurum ſors inimica mihi. ‡
Prætereo fidos, queîs ſum ſpoliatus, amicos,
Frugifera & quorum candida vita fuit.
Nunc ubi vix Caaſus clauſit ſua Lumina, ſemper
Qui mihi percharus, fratris & inſtar erat. ☞

✠ Patrē Ioan: Eq: Aurat. An: 65. 12. Decē. Cùm vixiſſet annos 73. et menſem unum. Itē, Matrē Annā Vualſtorpiā, An: 82. 29. Dec. Cùm vixiſſet, An: 72.
‡ Paulū, An: 79. 9. Cal: April.
* Anno 57.

☽ An: Chriſti, 88. 4. Aprilis. Æta. 54. ♃ Friderico filio: Catharina filiâ: Et ex Olgardâ filiâ, Catharinâ Nepte obijt, An: 88. 20. Ian: Theodorum, An: 82. Fridericum, An: 87. & Caium, An: 91. ♄ Anno 87. 26.

En mihi qui ſimili fuerat dilectus amore;
♀ Haccius Hulgerus fata ſevera ſubit:
Dania quem mecum fatis ſibi luget ademtum:
Hoc ingens etenim perdidit illa bonum.
Scilicet hæc patior dùm multa incommoda vitæ,
Quis non Iure velit condoluiſse mihi?
Sed quamvis frangant me commoda multa dolorum:
Non tamen his unquam ſuccubuiſſe queo;
Aſt mihi in adverſis ſemper ſolatia præſtat,
Ac præſens tantis fit Cataplaſma malis:
Nempè quod hos olim ſuperâ viſurus in Aulâ
Sim verè, ex merito, non aliundé, DEI.
☿ Namq; meæ vitæ fermé data meta peracta eſt:
Et ſic nil cupio, quàm benè poſſe mori.
Morte dabis placidâ ſuperas evadere ad auras,
Adſpectuq; frui, me, pie CHRISTE, *tuo.*

DE VITA HOMINVM.

PRincipium lacrymæ, lacrymæ ſunt terminus ævi;
Pars media at qualis? quantula? tota dolor.

Maij. ♃ Sophiam Roſencrantziam, filij mei Breidonis coniugem, Anno 93. 29. Decemb: ♂ Obijt Anno 94. 29. die Iunij. ♀ Anno hoc Chriſti labente, 1594. Menſ. Novemb: ☿ Qui annum jam ago ferè ſeptuageſimum.

LVBECÆ:
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA
IOHANNIS BALHORNII,
1. 5. 94.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 401 [46,-220 4°]